Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sancti Petri qui et Balsami quod est III nonas ianuarias

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

frumentum inquit ego sum di. bestiarum den
tibus molor & subigor. ut panis mundus efficiar.
Reliquiae ductae corporis eius antiochiae iacent
extra portam dafniticam in cimiterio ecclesiae.

EXPL. PASSI. SCI. IGNATII. MARTIRIS.

INCIP. PASSIO. SCI. PETRI. QUI ET BALSAMI. QUOD EST. III. NON. IAN.

In illo tempore petrus qui & balsamus cum
conprehensus fuisset & apud aulonam ciuitatem
tempore persecutionis. cum esset oriundus a fi
nibus eleuthero politane ciuitatis. oblatus est se
uero praesidi. Seuerus dixit ad eum. Quis diceris?
Petrus respondit. Nomen paternum balsamus
dicor. Spiritale uero nomen quod in baptismo acce
pi. Petrus dicor. Praeses dixit. Quod tibi genus est?
Petrus respondit. Xpianus sum. praeses dixit. pa
rentes habes? Petrus dixit. non habeo. praeses
dixit. mentiris. Audi enim te habere parentes.
Petrus respondit. In euangelio mihi praeceptum est.
omnia denegare. cum ad eius nominis uenero con
fessionem. Praeses dixit. Nosti praeceptum impe
riale? Petrus respondit. Ego praeceptum di
mei noui. qui est uerus & perpetuus rex. Praeses
dixit. Praeceptum est a clementissimis principib.
ut omnes xpiani. aut sacrificent. aut diuersis
poenis moriantur. Petrus respondit & ueri per
petuique regis est praeceptum. si quis sacrificaue
rit demonis & non do uero. in perpetuum era
dicari. Tu iudica si uera est in te aliqua iustitia.
Praeses dixit. sacrifica diis audi me. & comple
iussa principum. Petrus respondit. Ego ma
nu factis diis ligneis quales uos estis non sacrifi
co. Praeses dixit. Iniuriam nobis facis. Nescis
quia potestatem habeo occidendi te? Petrus
respondit. ego Iniuriam non facio. sed quod scriptum
est in lege diuina hoc dico. Simulacra inquit
gentium argentum & aurum. opera manuum
hominum. Os oculos aures nares manus pedes
habent. sed debis neq. loquuntur. neq. uident. neque
audiunt. neq. odorabunt. neq. palpabunt. neq. am
bulabunt dicit dns. & subsequitur. Similes
illis fiunt qui faciunt ea & omnes qui confidunt
in eis. Sic dns per prophetam & spm scm haec
dicit. Quomodo tu mihi dicis quod iniuriam tibi
fecerim. quia dixi similem te lapidibus & lignis
mutis & surdis in quibus demonia colitis. & me per
suades tibi similem fieri. Praeses dixit. Audi me
miserere tui & sacrifica diis. Petrus respondit.
Tunc mihi misereor si non sacrificauero. & a ueritate
non discessero. Sed quia infidelis es & nec mihi
credis nec legi diuinae quia qui demoniis sacrificat
eradicabitur. & semper mihi hoc ingeris dictum
fac quod tibi iussum est. Praeses dixit. Adhuc ge
ro patientiam & expectans ut tecum cogitans sacri
fices & salueris. Petrus respondit. superflua tibi
persuadis fac iam quod facturus es. & adimple
opera patris tui diaboli. Nam & ego hoc non
facturus sum. Nec mihi permittat dns meus ihs
xps quem colo. Praeses iussit eum suspendi.
Cumque fuisset adpensus. dixit ad eum. Quid dicis
petre sacrificas aut non. Petrus respondit.
Iube adhiberi ungulas. Ego enim iam dixi tibi
frequenter quod non sacrifico demonis. nisi soli
do meo. pro cuius nomine hoc patior. Praeses
iussit eum torqueri fortiter. Cum uexaretur
nimium praedicabilis di martir uocem doloris
non dabat nisi tantum psallebat dicens. Unam peti a
dno hanc requiram. ut inhabitem in domo dni
omnibus diebus uitae meae. & iterum dicebat.
Quid retribuam dno pro omnibus quae retribuit mihi.
Calicem salutaris accipiam. & nomen dni inuoca
bo. Haec illo loquente. amplius excitatus prae
ses. alios carnifices iussit accedere. Turba ue
ro adstans dolens cum uideret nimium san
guinem currere per pauimentum. dicebat
ad eum. Miserere tui homo. & sacrifica ut
te liberes ab his crudelissimis poenis. Scs uero
di petrus respondit. Haec poenae nullae sunt.
nec mihi aliquem incutiunt dolorem. Quod
si denegauero nomen di mei. in ueras poenas
& in maiora tormenta perpetua ingressurum
me esse cognosco. praeses dixit. quid dicis petre.

ſacrifica nam te penitebit· p&ruſ reſpondit·
ego non poenitto nec ſacrifico· Preſeſ dixit· ego
ſententiam hic infero· p&ruſ reſpondit· hoc
eſt quod auiditate tota &xpecto· Tunc preſeſ
dedit aduerſuſ eum ſententiam dicenſ· P&rum
quemadmodum contemptorem inuictiſſimorum
principum propter legem di ſui crucifixi ſententi
am ſubire precipio· Sic quoq; uenerabiliſ athl&a
xpi complenſ agonem ſuum· dignuſ habituſ eſt
paſſionibuſ dñi participari· Martirizauit au
tem teſtiſ di balſamuſ qui & petruſ apud aulonā
ciuitatem tertia nonaſ ianuariaſ ſub maximia
no imperatore· Regnante dño noſtro ihu xpo
cui gloria in ſecula ſeculorum· amen.

EXPLICIT· PASSIO· SCI· PETRI· QUI ET
BAL SAMI·

INCIPIT· PASSIO· SCI·
THEOGENIS· MARTYRIS·
QUOD EST· III· NON· IAN·

Multi martireſ uicerunt diabolum & om
neſ adinuentioneſ euiſ in nomine dñi nri
ihu xpi qui coronauit eoſ· Inter quoſ nu
merare dignatuſ eſt theogenem beatiſſimū
martirem qui ſic in riſum habuit inimicum·
Tempore enim licinii paganiſſimi tiranni con
prehenſuſ eſt in frigia cum eſſ& epi filiuſ·
& perductuſ eſt ad legionem quæ dicitur ſe
cunda triana ad tribunum Zilicentium· & præ
poſitum poſſidonium que legio conſedebat in
cinetico que eſt prima elleſponti· & cogebatur
militari a tribuno Zilicentio· & præpoſito poſ
ſidonio· Ille autem miles fideliſſimuſ uere
di & plenuſ ſpu ſco· ſtanſ in medio legioniſ dixit·
Ego xpianuſ ſum· & milito maiori regi qui eſt
rex regum· illi militauī· alii regi militare non
poſſum· Zilicentiuſ tribunuſ dixit· magiſ accipe
clamidem & baltheum· & omnia arma felicia
& milita licinio magno imperatori· Theoge
niſ dixit· Iam dixi tibi milito ego meo regi· Alii
militare non poſſum· Tribunuſ dixit· non pla
c& tibi liciniuſ imperator· Theogeniſ dixit
non noui· ego xpianuſ ſum· & non conuenit mihi
hunc ſeculo militare· Cui abrenuntiaui accipienſ
fidem· ſed neq; poſſum negare regem eſſe æter
num cui milito· Tribunuſ dixit· ecce & iſti om
neſ qui adſtant commilitoneſ xpiani ſunt & mili
tant· Theogeniſ dixit· Unuſ quiſq; ſcit que
admodum milit&· ego autem noui cui militem
regi· Zilicentiuſ tribunuſ dixit· Numquid
dii ſpitaleſ ſunt· Theogeniſ dixit· Ego qui
ſunt dii non noui· niſi unum dm̄ omnipotentē
per ihm̄ xpm̄ filium ſuum· Poſſidoniuſ præ
poſituſ dixit· & dſ hab& filium· Theogeniſ dix·
hab& filium & uerbo ueritatiſ ſuæ natum· Tri
bunuſ dixit· Poſſumuſ eum noſſe· Theogeniſ
dixit· Si dſ dederit uobiſ ſenſum talem ut cog
noſcatiſ eum· poteritiſ eum uidere· Poſſido
niuſ tribunuſ dixit· & ſi cognoſcamuſ eum·
numquid poſſumuſ derelinquere regem noſ
trum & uenire ad eum· Theogeniſ dixit·
Si uultiſ nil eſt quod impediat uobiſ· præter ea
ſi relinquatiſ tenebraſ iſtaſ· & ad tempuſ quam
hab&iſ dignitateſ & honorem ueſtrum· & ue
niatiſ ad dñ uiuum & regem æternum· & mili
tetiſ ei quemadmodum & ego· uiu&iſ in uita æ
terna· Zilicentiuſ tribunuſ iraſcenſ quaſi
leo in heremo· & ſtridenſ dentibuſ in eum·
iuſſit legioni omni ut de nocte præcederent
ad campum foraſ ciuitatem· Et cum proceſ
ſiſſent diluculo ad campum· iuſſit quattuor
figi paloſ· & extendi ibi beatiſſimum theoge
nem· Cumq; ad quattuor paloſ & tenſuſ eſſ&
iuſſit eum cedi fuſtibuſ robuſtiſſimiſ ſilueſtri
buſ quouſq; laſſarentur centurioneſ octo·
Tunc tribunuſ ad eum dixit· militaſ· aut non·
Theogeniſ dixit· Ego milito regi regum dño
meo ihu xpo filio di· qui uenturuſ eſt iudicare
uiuoſ & mortuoſ· Tunc nulluſ erit ſup terram
rex neq; princepſ qui poterit effugere eum &
diem iudicii eiuſ· Eadem dicente eo· iterum
iuſſit eum tribunuſ cedi ſecundo· Uapulanſ
beatiſſimuſ theogeniſ hymnū dicebat dō·